



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

97. An si pœnitens eliciat actum doloris post narrata peccata ante
absolutionem, recipiat Sacramentum Pœnitentiæ. Ex p. 3. tr. 4 res. 133.
alias 134.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](#)

in confessione ad hoc , ut homo , sicut voluntariè se convertit per peccatum ad creaturam , & avertit à Deo , ita per dolorem se avertat à creatura , & voluntariè se convertat ad Deum , ex Concilio Tridentino ; sed talis converto habetur sine tali ordine ad confessionem , ut patet : ergo talis ordo non requiritur.

7. Confirmatur , quia pœnitens non idem dolet , quia vult confiteri , sed idem dolet & confiteretur , quia vult remissionem peccatorum : ergo si dolet non dirigit ad confessionem , sed ad remissionem peccatorum , implicitè sufficiat in Sacramento Pœnitentia . Hæc consequentia patet , nam ille dolor sufficit in Sacramento , qui conducedit ad remissionem peccatorum , cùm sit dispositio supernaturalis: ergo sufficit in Sacramento pœnitentia .

8. Probatur secundò ex ipsa natura , & institutione hujus Sacramenti , in quo magis connaturale est : quod ex dolore , & contritione oriatur desiderium confitendi , quād quod ex desiderio confitendi oriatur dolor , & contrito .

9. Nec obstat dicere , quod dolor , & confessio debent esse saltem moraliter unita ad faciendum unum Sacramentum , seu unam partem materialem proximam Sacramenti ; sed hæc unio habetur tantum per relationem doloris ad confessionem : ergo talis dolor debet ordinari ad confessionem . Repondeo negando minorem , nam talis unio satis habetur , si dolor significetur à confessione intra debitum tempus ; dum enim confessio significat dolorem , hæc unitur cum illo in ratione signi . Et hac omnia docet Januarius ubi supra ; & ante illum docuerat Eminentissimus Lugo de Sacrament . Pœnit. disputation. 14. scilicet 2. & 4. licet quoad illud de dolore non ordinario ad confessionem , præter Palaua loco citato , contrarium teneat Bonac. de Sacr. Pœnit. disputation. 5. q. 3. punct. 2. n. 17.

10. Sed hic obiter discutienda sunt duo dubia satis difficultima . Quero igitur primò , an si quis confiteatur sine proposito dolendi saltem post confessionem peccatorum , an tunc sufficiat elicere dolorem de peccatis confessis sine proposito dolendi saltem post confessionem , an potius debeat iterari confessio tanquam substantialiter inyvalida ? Et sententia , qua docet sufficere virtualem repetitionem per subsequentem dolorem , quo prior confessio peccatorum validetur , probabilior est . Fundamentum est , quoniam ad essentiam hujus Sacramenti non requiritur , ut voluntas confitendi peccata præcedat ipsam confessionem peccatorum , sed sufficit , si subsequatur in ipso actuali dolore ; ergo etiam si prior voluntas non fuit sufficiens , modo sit sufficiens posterior , quæ additur post confessionem , validum erit Sacramentum . Antecedens in quo est difficultas , probatur primò . Si pœnitens accedat cum expressa voluntate non confitendi sua peccata , nisi cum tali Sacerdotio determinato ; si post confessio peccata , advertat illum non fuisse , cui tantum sua peccata confiteri volebat , non est necessaria formalis , & expressa repetitio peccatorum huic Sacerdoti , ut validè ab illo absolu posset ; sed sufficit , si tantum elicit novum actum , quo velit confessio jam peccata huic Sacerdoti esse subiecta . Secundo , si pœnitens ebris , vel phreneticus in ipsa ebrietate , vel phrenes narret omnia sua peccata coram legitimo Ministro , & post illorum confessionem , fiat sui compos , adverteratque se omnia peccata dixisse , sufficit in hoc casu , solum addere voluntatem , qua narrata peccata libere subjiciantur clavibus , & dolorem , quo

illa informentur , ut proxima materia Sacramentalis absolutionis . Ergo pariter sufficit , post confessio peccata cum proposito non dolendi de illis , addere dolorem , & confessionem novi peccati in ipsa confessione admisi . Et ita hanc sententiam firmat Pater Amicus in Cur. Theol. tom. 8. disputation. 12. scilicet 4. num. 6. 3. & seqq. respondens ad omnia argumenta contraria .

11. Quarto secundò , an si pœnitens post dolorem , novum peccatum committat , novum debet dolorem elicere cadentem super omnia , an sufficiat de novo tantum peccato commissio dolere ? Prima sententia esse potest : nullum requiri dolorem , sed sufficere priorem , ante novum commissum peccatum elicitem . Fundamentum ; quia ille idem virute extendebatur ad omnia peccata , & consequenter etiam ad novum commissum ; sed per novum commissum non est ille abolitus : igitur prior dolor sufficit , non solum pro præteritis , sed etiam pro præsenti peccato de novo commissio . Secunda sententia affirmit , saltem nullum requiri novum dolorem , si prior , quo pœnitens sua peccata deftatis est , fuit contritio . Fundamentum esse potest ; quia contritio per sequens peccatum non extinguitur , sed adhuc manet in divina acceptatione : ergo adhuc poterit esse dispositio pro novo peccato ad gratiam in Sacramento Pœnitentia impetrandam . Consequentia constat ; quia contritio vi sui motivi formalis se extendit ad omnia peccata , & consequenter etiam ad novum commissum ; ergo si adhuc post novum commissum illa perseverat , poterit pro illa esse dispositio ad gratiam obtinendam cum hoc Sacramento . Antecedens vero probatur : nam contritio vi gratiae justificantis , quam secum ex divina promissione afferit , fit opus vivum , & meritum condignum coram Deo : nullum autem opus vivum , & de se condignum coram Deo extinguitur per subsequens peccatum ; alioquin , non posset illud remissio redire peccato , sicut non possunt redire opera mortua , facta in peccato . Tertia sententia docet , requiri novum dolorem cadentem super omnia peccata , etiam super ea , quæ priori dolore fuit quis detestatus . Fundamentum est , quia subsequens peccatum retrahet priorem dolorem , illumque penitus extinguit : igitur opus est novo , cadente super omnia peccata , cùm nullum peccatum possit esse materia Sacramentalis absolutionis , nisi sufficienti dolore detestatum . Sed in hac difficultate Ego adhæro sententia Patris Amici , ubi supra , scilicet 5. num. 86. & seqq. Qui fusus totam questionem pertractat clarè , & doctè . Ad illum & non pigebit .

RESOL. XCVII.

An , si pœnitens eliciat actum doloris post narrata peccata ante absolutionem , recipiat Sacramentum Pœnitentia ? Ex part. 3. tractat. 4. Rel. 133. alias 134.

§. 1. IN hoc casu non recipere Sacramentum putat Coninch de Sacrament . disputation. 4. dub. 6. num. 4. concl. 2. ubi sic ait : Dolor iste non solum natura , sed etiam tempore debet præcedere ipsam confessionem . Patet , quia ille dolor debet saltem natura præcedere voluntatem confitendi , quia debet esse causa confessionis , quod fieri nequit , nisi sit causa voluntatis confitendi ; hanc autem non potest causare , nisi sit ea prior . Voluntas autem confitendi , cùm sit tota in instanti , necessariò est prior .

prior tempore ipsa confessione, qua sit in tempore, & necessariò presupponit motum lingua, qui non potest fieri nisi in tempore. Ita ille, & post illum Layman in *Theolog. moral. lib. 5. cap. 4. num. 4.*

Unde secundum illos, quis non reciperet Sacra-
mentum Pœnitentia, si ante confessionem non
elicuit dolorem, sed illum elicuit inter confiten-
dum, aut statim post confessionem ante absolu-
tionem.

2. Sed hanc opinionem refellit Bonacina de Sa-
cram. dispt. 4. quæst. 3. pñct. 2. num. 18. & affir-
mam docere Suarez in 3. part. dispt. 20. sçt. 4. n. 3. 1.
licet Layman ubi *in præ*, probet Suarez verbo te-
nus, non autem re ipsa contra suam sententiam re-
pugnare; rationes vero pro firmanda opinione Bo-
nacina lege apud illum.

3. Notandum est vero ad tollendos scrupulos,
stando etiam in opinione Layman, & Coninch,
quod si aliquis penitens elicit actuum doloris post
narrata peccata, si postea dicat: Doleo de peccatis
narratis, vel petat absolutionem, haec sola verba
sufficere tunc, & habere veram rationem confes-
sionis, qua sit pars Sacramenti.

RESOL. XCVIII.

*An in confessione venialium sufficiat dolor vir-
tuialis?*

*Et an sit mortale confiteri tantum venialia absque
dolore supernaturale?*

*Et an peccatum veniale virtute Sacramenti remit-
ti possit?*

*Et an virtute Sacramenti tibi remittantur, non so-
lum ea peccata, quorum attritionem habes, sed
etiam omnia alia, quorum coxplacentiam non
habes? Ex part. 9. tractat. 9. & Miscell. 4. Re-
solut. 3.*

§. 1. **A**D hoc dubium sic responderet Thomas Tamburinus in Methodo expedita confessio, lib. 1. cap. 3. §. 1. num. 1. & 2. Probabile est etiam sufficere dolorem virtualem in confes-
sione venialium: in confessione enim mortalium, de qua solùm agere videtur Concilium, quando requirit dolorem formalem, necessarius omnino est formalis. Quare si quis accedat ad confitendi
venialia sine actuali complacentia peccati venialis,
cum desiderio recipendi Sacramentum, ejusque
effectum, cum in hoc desiderio sufficienter dete-
stationem virtualem habeat, bene erit dispositus.
Nam propterea Concilium alicubi dicit, ad Sa-
cramentum hoc requiri tanquam partem, pro-
prium motum penitentis: tunc enim videtur lo-
qui de confessione in universum id quod verifica-
tur in confessione venialium, nam certè voluntas
sufficiendi Sacramentum, motus est proprius pen-
itentis. Hanc sententiam Praepositus vocat non
improbabilem, citatque pro ea Stuarium, de Pœ-
nitent. dispt. 1. 2. sçt. 1. num. 9. quamvis alibi sibi
contrarium: additque idem Praepositus quod hanc
sententiam alij sequuntur: juxta quam si quis se
dirigat non peccabit, & forte consequetur Sacra-
menti effectum. Hanc eandem sententiam sequitur Rosellus & Sylvester, & veram esse mihi dixit
Pater Franciscus Chiro nostra Societas Jesu, in
Theologia morali non patum versatus: Favent
Ledefma, Vega, Almainus, & Bernardus de Ga-
ñaco, quatenus dicunt, dolorem esse quidem par-
tem, sed integralem non essentialiem Sacramenti,
aque adeo sine qua tota essentia Sacramenti con-

sistat: quos tamen licet cum opinione communis
Theologorum rejiciamus, nihilominus practica sententia favere iniciari non possumus. Huc usque que Tamburinus.

2. Sed ego negativa sententia pro multis adheren-
dum esse puto. Itaque dicendum est contra Tam-
burinum, quod qui confitetur peccata venialia
tantum, teneatur elicere actuum doloris efficacis,
sicut tenetur in confessione de peccatis mortalibus.
Quod teneatur elicere actuum doloris, pro-
batur ex Concilio Tridentino, in quo partes hu-
jus Sacramenti affliguntur, videlicet contrito, con-
fesso, & satisfactio; & nomine contritionis in-
telligent communiter Doctores, detestationem
peccati, sed dolor imperfectus, seu disiplentia in-
efficax non est detestatio, aut retractatio peccati,
cum possit stare cum proposito iterum commitendi
peccatum illud, de quo doletur: immo cum ipso
peccato actuall; ergo confessio de venialibus re-
quirit etiam dolorem efficacem, sicut confessio de
mortalibus. Quomodo enim vult Deus remittere
peccatum habentis hujusmodi complacentiam in
ipsomet peccato: immo cum voluntate peccandi
absque illa retractatione?

3. Confirmatur, quia peccata mortalia possunt
remitti extra Sacramentum per dolorem virtualem
tantum, nempe per actuum amoris Dei super om-
nia, quia dolor virtuale dicuntur; & tamen si remittuntur
in Sacramento Pœnitentia, necessario re-
quiruntur dolor formalis, ex supra dictis: ergo à pari
et si peccata venialia possint remitti extra Sacra-
mentum sine dolore formalis, tamen si remittuntur
in Sacramento Pœnitentia, & debent remitti per
dolorem formalem supernaturalem. Dolor enim
non requiritur ex vi remissionis venialium, sed ex
vi Sacramenti Pœnitentia, quod necessario re-
quirit pro sua materia hunc dolorem formalem su-
pernaturalem.

4. Quod vero sit mortale confiteri tantum ve-
nialia absque dolore supernaturale, patet: nam sic
redditur forma Sacramentalis Pœnitentia irrita,
Id est enim peccat mortaliter, qui confitetur morta-
lia sine dolore, quia culpa sua frustratur forma Sa-
cramenti, seu Sacramentum redditur nullum; sed
etiam culpa confitentis venialia forma Sacra-
menti redditur nulla: ergo etiam iste peccat mortaliter,
&c.

5. Nec dicas primò, quod Sacramentum fru-
stratur in re levì. Quia contra est; nam frustratur to-
tum Sacramentum; quod vero frustretur per rei
levem, vel per rem gravem, impertinenter se ha-
bet ad Sacramentum, sicut quod quis occidit Ti-
tum cum ense, vel cum lapillo, impertinenter se
habet ad gravitatem homicidij intenti; semper enim
ite talis homicida peccat mortaliter, etiæ instru-
mentum, seu iactus sit levis, dummodo homicidium
sit intentum. Adde, quod actum etiam res levis
est, & tamen, qui actum conferat voluntarie,
peccat mortaliter, quia applicat verba Christi, quæ
sunt forma Sacramenti Eucharistia, frustra, & qua-
si irrisoriè, cum sit absque omni probris utilitate,
& effectu.

6. Nec dicas secundò, quod effectus, quo ho-
mo privatur ob talem irritationem, est levis, cum
sit remissio peccati venialis. Quia contra est, nam
dolor de venialibus ut dixi, requiritur non ex vi
remissionis, sed ex vi Sacramenti; unde non ra-
tione jactura remissionis, sed ratione irritationis
Sacramenti committitur peccatum sacrilegij. Ali-
ter enim, neque peccator, qui confitetur peccata
sine dolore peccaret mortaliter, quia jactura posset
statim

Sup. hoc in
fra. in Ref.
100. à prin-
cipio, & in
Ref. 102. §.
Sed pro pra-
xi si d' lege
cam à prin-
cipio, & ex
Ref. 101. vi-
de vers. Ex
quo. §. ve-
rum, & in
Ref. 145. in
fine §. 1.